

desfricat illud & diluet aqua omnis masculus ex sacerdotibus edet ea scilicet sanctorum  
sunt dno. & omnia quae pro peccato sunt. ex quibus in latum fuerit a sanguine eoru  
in tabernaculum testimonii. De precari in scio non edentur sed igni comburentur.  
haec omnia nisi alio sensu accipiamus quam littere textus ostendit. sicut sepe  
iam diximus cum in ecclesia recitantur. obstaculum magis & subuersionem christi  
ne religioni quam hortationem aedificationem praestabunt. Si uero discutia  
tur & inueniatur quod sensu haec dicta sint. & digno quo haec dicere scribitur  
aduersantur. fiet quidem iudeus qui haec audit. sed non ille qui in manifesto sed  
qui in occulto iudeus est. secundum illam differentiam iudei quam distinguit  
apostolus paulus dicens. non enim qui in manifesto iudeus est. neque quae mani  
feste in carne circumcisio. sed qui in occulto iudeus est. circumcissione cordis qui spu  
non littera cuius non ab hominibus sed ex deo est. quam differentiam iudei  
uisibilis & iudei inuisibilis. non intellegentes impii heretici non solum ab his  
scripturis refugerunt sed & ab ipso deo. qui legem hanc & scripturas diuinas  
hominibus dedit atque aliter sibi dnm preter illam qui celum a terra condidit  
confinxerunt. cum utique fidei ueritas unum eundemque dnm legis & euangelioru  
teneat. uisibilem & inuisibilem creatorem. quia & cognationem plurimam  
uisibilia cum inuisibilibus seruant. ita ut apostolus dicat. quia inuisibilia di  
a creatura mundi. per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Sicut ergo cog  
nationem suam in uisibilibus uisibilia & inuisibilia terra & caelum anima &  
caro. corpus & sps. & corporum conuentionibus constat hic mundus. ita etiam sciam  
scripturam. credendum est ex uisibilibus constare & inuisibilia. ueluti ex corpore  
quodam littere scilicet que uidetur. & anima sensus qui intra ipsa deprehenditur  
& spu. secundum id quod etiam quaedam in saecula caelestia teneat. ut apostolus dicit  
quia exemplari & umbris deseruiunt caelestium. quia ergo haec ita se habent.  
in uocantes dnm qui fecit scripturas. animam & corpus & spm. corpus quidem his  
qui a tenore fuerunt. animam uero nobis. spm. autem his qui hereditatem in futu  
ro uitae aeterna consequuntur. per quam perueniunt ad regna caelestia eam  
nunc quam diximus. legem animam requiramus. quanta ad praesens interim expec  
tat. nescio autem si possimus & iam spm. ascendere. In his quae nobis desacrificis